

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

[...]. id est, amor virtutis. Emblema CX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Ἀντίρωσ, id est, Amor virtutis.

EMBLEMA CX.



DIC ubi sunt incurui arcus? ubi tela Cupido?
 Mollia queis iuuenum figere corda soles.
 Fax ubi tristis? ubi penna? tres unde corollas
 Fert manus? unde aliam tempora cincta gerunt?
 Haud mihi vulgari est hospes cum Cypride quicquam,
 Vlla voluptatis nos neque forma tulit.
 Sed puris hominum succendo mentibus ignes
 Discipline, animos astraq; ad alta traho.
 Quatuor eq; ipsa texo virtute corollas:
 Quarum, que Sophie est, tempora prima tegit.

COMMENTARIJ.

- I. **A**MOR nudus sine alis, sine armis affidet, redimitus corona florida, & tria alia ferra brachio dextro inferta habes
- II. **H**OC decaftichon tradatum reperio ex

Græco Mariani Scholastici eis ἔρωτα ἰσε- **Fons Em-**
 ραγωγίον, in amorem coronatum. quod **blematis,**
 sic est 4. Epigram.

πῦρ τοῖς τόξον ἰκάνο παλίνρονον. οἱ τ' ἀπὸ
 στίο πηγού-

πηνυμένοι, μισάτην ἰς κραδίην δό-
νατες;

πῦ πτεράς πῦ λάμπας πολυδάδυνος ἰσι-
δα τριαδᾶ

σίμματα χερσῶν ἔχουσ, κρατῖδ' ἐπ' ἄλ-
λοφίροις;

ἔκ ἀπὸ πανθήμικ, ξίνε, κύπριδος, ἔκ ἀπὸ
γαίης

εἰμὶ, καὶ ὕλαις ἔκγονος εὐφροσύνης·
ἄλλ' ἰγώ ἰς καθάρην μερόπων φρίνα πυρ-
σὼν ἀνάπτω

ἰυμαθίης, ψυχῆν δ' ἔρανὸν εἰπανόζω,
ἔκ δ' ἀρετῶν σεφάνους πτεύρων πλάκω ἄν-
δρ' ἰκάσθης

τῆς δεφίρων πρῶτ' ὅτ' ὀσφίης σίφομας.
id est:

Vbi tibi arcus ille reflexus, vbi à te
Transfixæ medium in cor sagittæ?

Vbi pennæ? vbi fax tristis? ad quid tres
Coronas manibus tenes, in capite aliam
fers?

Non [ego sum natus] à vulgari, hospes,
Cypride, neq; à terra

Sum matèrni genitus volutate;

Sed ego in puris hominum mentibus igne
accendo

¶ Honestæ doctrinæ, mētem verò in cœ-
lum induco.

Ex virtutibus autem coronas quatuor ne-
cto; quarum ab vnaquaque

Easque ferens, prima quæ est sapientiz
coronor.

Arcus vbi reflexus, Amor, divaq; sagitta.
Queis teneros animos sepe ferire soles?

Penna vbi sunt? vbi fax tristis? cur ego co-
ronas

Fers manibus? capiti cur agedum vna
subest?

Non ego vulgari natus sum Cypride; nec me
Materna è terra fœda libido tulit.

Ast hominum puris accendo in mentibus
ignes

Doctrina, atque animos purus in astris
traho.

Quatuor eq; omni necto virtute coronas,
Quas fero ego, & Sophia est prima coro-
na mihi.

PLATO in Symposio (vt obiter tan-
gam, quæ fufus in Classe I V. sunt dicen-
da) duas Veneres, duosque Cupidines esse
scribit, diuinum & cœlestem alterum: alte-
rum vulgarem & plebetum. Hos duos Cu-
pidines videtur innuere Ouidius 4. Fast.
cum inquit:

Alma faue, dixi, geminorū mater Amorū.
quamuis non me fugit, aliter explanari ab
interprete. Cupido Græcis dicitur ἔρως,

huic contrarius, quiq; illum dissoluit, ἀν-
τίρως, de quo hic sermo. Atq; de hoc sen-
sisse Virgilium autumat Seruius 4. Æneid.
in his carminibus:

Testatur moritura Deos, & conscia fati
Sidera, tū si quod non equo fœdere amantes
Cura numē hēt, iustūq; memorq; precatur.

A'ντίρως, vt inquit Cicero 3. de nat. Deor.
ex Veneris natus est atq; Marte. Tertia, in-
quit, Venus, Iouis nata ex Dione, quæ nu-
psit Vulcano: sed ex ea & Marte natus ἀν-
τίρως dicitur. Amoris huius honesti exē-
plum habes apud Plinium Secundum, au-
ctorem castissimum. lib. 3. Epist. 3. vbi de
Iulio Genitore Rhetore. Et nescio an agno-
scere ausim differentiam inter Cupidinem
& Amorem de qua Nonius: nam Cupidi-
nem ait esse inconsideratæ necessitatis; A-
morē iudicij. Videtur id innuere Phocyl-
lides: Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, ὁ δὲ κύπριδος
αἰσχρὸς ὁ φιλῆαι Virtutis amor honestus, at
Veneris dedecus adfert. Hac de re fuscè Lu-
cianus in dialogo, cui nomen ἔρωτες, vel
ἔρως καὶ ἀντίρως. De quo etiā scripsere sin-
gulares commentarios quidam recentio-
rum, vt Cœlius Calcagninus, Augustinus
Nyphus cap. 19. 60. 98. de amore. Geofre-
dus Linocerus in Mythologia Musarum,
de Erato. Et si quem lingua delectat Galli-
ca, videat horum duorum amorum diffe-
rentiam apud Iosephum Quercetanum
lib. 1. magni speculi mūdi, & etiam in Do-
ricis suis cātionibus; alios; quam plures.

DIC vbi sunt incurui &c.] arcus enim,
pharetra, telæq; Amori tribuuntur, qua de
re dicitur paulò post in statuam Amoris.

Fax vbi tristis? Tristis, à consequenti,
noxia, exitialis. Fax autē Cupidini tribui-
tur, quod indicarunt Ægyptij sacerdotes,
qui per ignem amorem exprimi voluerūt.
Ouidius 2. Amor. eleg. 9.

Cur tua fax vrit, sigi tuus arcus amicos?
Isidorus non postremi ordinis auctor ra-
tionem reddit, quia nonnūquam amor cu-
piditate impatiētius exturat, nonnunquam
verò præ fatietate abuolet. Itaq; apud Gel-
lium Porcius Licinus dixit, hominem ob
amorem non esse ignitum, sed ipsum igne.
Notum est illud Virgilij:

Caco carpitur igne &c., Est mollis flamma
medullas.

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item

Item:

Vritur infelix Dido;

vri iā diximus paulò ante, Emblem. 108.

Corolla.

Tres unde corollas Fert manus? cur triplicem coronā manibus contrectas? Quid significet coronā, notum est: inde corolla, dominitium, parua corona, de quibus vide Plinium lib. 21. cap. 2. Inde corollarium (vt inquit M. Varro de lingua Latina lib. 4.) quod est additum, seu additio, præter id quod debetur, Italus, *Giunta*, Germ. *Zuegab*, Hispanis, *Annadidura*. Hoc in ludis, cum placuissent actores, solebat dari præter promissas coronas. Suetonius in Augusto: Corollaria & præmia in alienis quoque muneibus ac ludis, & crebra, & grandia de suo offerebat.

Virtutes
morales.

Vnde aliā tempora cinctā gerunt? cur alia corona caput redimitū est? Quatuor sunt virtutes Cardinales (de quibus latè Cicero in Officijs, Seneca in libro de quatuor virtutibus Cardinalibus; & Macrobius in lib. de Somnio Scipionis, refert Plotini Philosophi elegantem harum virtutū distributionem) Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia. Harum tres vltimæ in operatione consistunt: frustra enim (vt sæpe repetit Aristoteles) quid sit virtus, quæ eius partes, didiceris, nisi eas fueris operatus. Prudentia sine Sapientia (nam hic pro eodem sumuntur, quamuis alibi differant) omnis in meditatione cōstitit, intellectu: neq; vitur. Hæc igitur est causa, quare amor virtutis Sapientia corollam in capite habeat, reliquas in manibus, quæ in exercitatione consistunt.

Venus
vulgaris.

Vulgari cum Cypride Non sum natus Venere vulgari: nihil mihi rei est cū volu-guaga voluptate. Vulgaris illa Venus circa carpes amores vertatur; honesta verò ad virtutem & honestarem amplexandam inflammat, & ad rerum celestium contem- plationem animos pertrahit. Quod dum meditor, non possum mihi temperare, quin aliquid vltra adijciam. Apuleius apologia 1. pro se ipso dicit item ex Platone geminam esse Venerem, quarum altera vulgaris, quæ sit percita populi amore, non modo humanis animis, sed & pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare: Alteram verò cœlitem Venerem, quæ prædita sit optimati amore: solum hominibus, & eorum paucis curare: nul lis ad turpitudinem stimulis, vel illic ebrius sectat oves suos percel-

lentem, eius enim amore non amœnum & lascium sed contra incorruptum & seriū pulchritudine honestatis, virtutis amatoribus suis cōciliare: & si quando decora corpora commendet, à cōtumelia eorum procul absterre. Neq; enim quicquam aliud in corporum forma diligendum, quàm quod admoneat diuinos animos eius pulchritudinis, quam prius veram & sincerā inter deos videre. Quapropter, vt semper, eleganter Aftanius hoc scriptum reliquit:

Amabit sapiens, cupiens cæteri.

Porro Veneris *εραυία*, id est, cœlestis & inculpata, ab omniq; corporis sciunctæ desiderio, templū Athenis fuisse scribit Pausanias. Primos hominum Assyrios eam coluisse; deinde Paphios, postea Ascalontas, Phœnices, inde Cytheræos, vltimos Athenienses, Aegei rege sacra illius constituenta. Veneris autem *πρωήνη*, id est, vulgaris seu publicæ fanum Athenis extruxit Solon ex pecunijs, quas lupæ in prostibulo merentes contulerant. Athenæus lib. 13. Plato in conuiuio quod nos obiter. Adiungo non inuenustum Baptistæ Cynthij epigramma, de Solone & Venere:

*Venerem
qui primū
coluorunt.**Palladis afflatu patria dum conderet olim**Lura Solon, illi candida Cypris ait:**De Solone
Cp. Vene-
re epigram-
ma.**Quid sequeris demens plena hæc monimen-
ta laborum?**Cur placidū numen non colis ipse meum?**Fortè piget coluisse Cyprin; Triconia nobis**Est longe inferior, iudice vel Paride.**Hinc senior: Phrygio si mens non laua suis-
set.**Non esset flammis Troia cremata tuis;**Tu vero ne quaso iterum me iudice ceteris,**Nam tibi non cedent aurea poma Venus;**Me inuat isto labor, vera hic parit oia su-
dor:**Ocia sed flammis, qua facis ipsa, ferunt.**Sed puris hominum.]* Effecta pudici amoris: vbi notabis diligenti præparatione opus esse, priusquam aditum habere possis ad rerum diuinarum & pulcherrimarum speculationem.

Animos estragis] Hic raptus quomodo fiat, superius docuimus ad Emblemata 4. cuius inscriptio est, *In Deo latandum*.

Quatuor eq; ipsa Cæ.] ex omni natura virtutis tres corollas cōficio, de quibus prima, quæ prudentiam seu sapiētiam repræsentat, caput circumdat. Virtus in genere sub se continet virtutes morales & intellectu-

tinas:

Ciuias: duodecim enumerat Aristoteles practicas, & quinque; quæ ad intellectum pertinent; è quibus omnibus quatuor desumpfit sibi Anteros, tres ex practicis, Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam; vnam ex intellectualibus, Sapientiam.

IV.

EFFINGIT Cupidinem ἀποξορξή ζτοχορ, sine arcu & sine telis, erudito sane figmento dialogistico, quo quidem virtutis omnis distributionem assignat. Sed primū ad iertendum est ex Platone in Symposio, duas esse Veneres, & totidem Cupidines: hæc antiquior & sine matre, celo nata, quæ celestem Venerem vocamus: altera iunior, è Ioue & Dione progenita, vulgaris & communis appellata. Eadem ratio est Cupidinis vtriusque. Horum enim alter honestas cupiditates animis ingerit: alter vero affectus voluptuosos & terrestres inculcat. Prior ille ἀγχιος est, quasi dicas, priori contractus; qui hominem attollit ad superiora & celestia contemplanda, omnemque virtutem & honestatem præstat. Hic itaque tres coronas manibus cõrectat, vnamque circumfert in capite: quibus quatuor illæ virtutes (ex quibus omnis honesti fõs petitur) designantur. Prior illa corona caput ambiens (partem quidem Platoni in Timæo omnium corporis partium diuinissimam, & certè principem) Prudentiam representat: providere enim & aliquid prudenter meditari, contemplationis est: tres alia, quas manibus cõtinet, Iustitiam, Fortitudinem, & Temperantiam notant, quæ potissimum in actione positæ sunt; manus enim actionis sunt organa. Quod perspicuum est ex primo Officiorum Ciceronis:

Duo Cupidines & totidem Veneres.

ἀγχιος.

Quatuor corona ad totidem virtutes volata.

Locus Ciceronis.

Qui maxime perspicit, inquit, quid in re quaque verissimum sit, quisque acutissime & celerissime potest videre & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus ritè haberi solet. Quocirca huic quasi materia, quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas: reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas parandas tuendasque; quibus actio vitæ continetur: quo sane loco differetem facit virtutem Prudentiam à reliquis tribus, ea enim posita est in veri inuestigatione & contemplatione, reliquæ sũt actionis. De vtroque Amore Plato in Coniuiio, Ficinus Oratione 2. c. 7. & orat. 7. cap. 8. in idem Cõnium Platonis. Ceterum ἀγχιος Προξελος interpretatur Amorem diuinum au-

mas à corporibus abstrahentem: qua in significacione hic vsurpatur. Alij duplicem Amorem ideò effectum esse narrant, quòd nullius frugis aut commodi possit esse amor, nisi mutuus sit: qua de re Porphyrius Philosophus hunc adfert Apologum: Cum, inquit, Cupido infans parum coalesceret, Venus Themini Deam consuluit: quæ Veneri respõdit, Anterota necessariū esse, qui rependar vices, vt sese mutuo iuuent. Cui Venus acquiescens, Anterota, quasi Contracupidinem dicas, genuit: quo vix dum nato, Cupido cõcepit adolescere, & procerior euadere. Sed hæc fortasse παραξος. Scio quidem apud Plutarchum in ἑρωτικῶ, duos Amores esse iuxta Egyptiorum sententiam & Platoniorum, ἑρωτα ἀδύνημον, καὶ τὴν ἀπόνηον, id est, vulgarē, & celestem amorem: sed quia desecit aliquantum ab ea quam retulit sententia Mariani, facillè prætereo. Apuleius tres amores facit libello, què De philosophia scripsit (vbi Platonem auctorem appellat) vnum diuinum, cum incorrupta mente & virtutis ratione conuenientem: alterum de generis animi, & corruptissimæ voluptatis tertium ex vtroque permixtum, mediocris ingenij & cupidinis modicæ. Animas autem fusciores, atque impelli corporum cupidine vinum quòd illis propositum est, vt eorum vsura potiantur, atque eiusmodi voluptate & delectatione ardorem suū mulceat, Illas verò facetas & vrbanas effrenatas bonorum deamare, & factum velle vti qui potiantur plurimum bonis artibus, & meliores præstantioresque reddantur. Medias ex vtroque cõstate: nec delectationibus corporis profus carere, & lepidis animarum ingenijs capi posse. Vt igitur illum amorem deterritum, inha mansissimum, atque turpem facit, non ex rerum natura, sed agri tudine corporis, morboque natura: sic illum diuinum, deorum munere, beneficioque concessum, aspiratè eglesti cupidine in animos hominum venire eredi. Tertiam speciem amoris, quam medianam dicit, diuini atque terreni proximitate collectū, nexuque & consortio parhi copulatum; vtroque rationi propinquus est diuinus ille, ita & terrenū cupidine iustum esse voluptatis. Hæcenus Apul. Bene Tullius 4. Tuscul. virtus est animi affectio constantis, conueniensque & laudabiles efficiens eos, in quibus est, & ipsa per se sua sponte, separata

Duplex amor quod alijs signifi- fiet.

Triplex amor apud Apuleium.

Virtutis qualitas.

ra etiam virtute, laudabilis. Ex ea proficiuntur honeste voluptates, sententiae, actiones, omnique recta ratio dici potest. Huius igitur virtutis contraria est vitiositas, ex qua perturbationes, quae sunt turbidi animorum, concitatiq; motus, auersi à ratione, & inimicissimi mentis vitaeque tranquilla. Sed ad vim argumenti facit illud Valerij Max. lib. 3. cap. 3. Est & illa vehemens & constans animi militia, litteris

pollens, venerabilium doctrinarum antiq; philosophia, quae ubi pectore recepta est hominum, inhonesta atque inutiles affectu dispulso, totos in solido virtutis munito confirmat, potentiores metu ac dolore faciens. Ad id spectat hoc Flacci:

*Quod si
 Frigida curarum somenta relinquere posses,
 Quo te caelestis sapientia duceret, iras.*

Ἀντίπαρος, Amor virtutis, alium Cupidinem superans.

EMBLEMA CXI.



ALIGERVM, aligeroq; in inimicum pinxit Amori,
 Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemesis.
 Ut quae alijs fecit, patiatur: at hic puer olim
 Intrepidus gestans tota, miser lacrymat.

Ter